

Universis et singulis presentium notitiam habituris
clarius innotescat, quod anno domini M.CCCC.LXV. die
XI nense Julij, Vir nobilis dominus Georgius Emerici de
Gorlich causa devotionis peregrè proficiscens venit Ierosolymā,
et eximia cum devotione visitavit devotissima loca terrae sanctae,
quae à modernis peregrinis Christianis visitari solent, tandemq;
super sacratissimum domini sepulchrum dignitati militari devo-
tissime est insignitus. In cuius rei testimonium, ego frater Frā-
ciscus Placentinus Ordinis minorum, Vicarius Sacratissimi con-
ventus Montis Syon, nec non et aliorum locorum terrae sanctae
gubernator, et rector, has literas patentes sibi fieri feci, praefato
conventus sigillo magno communiri. Valete omnes in Christo
Jesu salvatore et pro me saepius orare dignemini. Dat. Iero-
solymis in dicto conventu nro Montis Syon. Millesimo supra
scripto die et mense.